BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 253v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et non creditis. quomodo si dixero uo
bis celestia credetis. Et nemo as
cendit in celum nisi qui de celo des
cendit filius hominis qui est in
celo. Et sicut exaltauit serpentem
in deserto. ita exaltari oportet fili
um hominis. ut omnis qui credit
in ipso non pereat sed habeat uitam
eternam. Sic enim deus dilexit
mundum ut filium suum unige
nitum daret. ut omnis qui credit
in eum non pereat sed habeat uitam
eternam. Non enim misit deus fili
um suum in mundum ut iudicet
mundum. sed ut saluetur mundus
per ipsum. Qui credit in eum
non ~~confundetur~~ iudicatur. Qui
autem non credit iam iudicatus est
quia non credit in nomine unige
niti filii sui. Hoc est autem iudicium
quia lux uenit in mundum et di
lexerunt homines magis tenebras
quam lucem. Erant enim illorum
mala opera. Omnis enim qui male
agit odit lucem. et non uenit ad lu
cem ut manifestentur opera eius
Qui autem facit ueritatem uenit ad
lucem ut manifestentur opera eius
quia in deo facta sunt. Post hec uenit
ihesus et discipuli eius in iudeam
terram et ibi morabatur cum eis
et baptizabat. Erat autem et iohan
nes baptizans in eunon iuxta sa
lim quia aque multe erant ibi. Et
ueniebant et baptizabantur. Non
dum enim iohannes missus fuerat
in carcerem. Facta est ergo questio
ex discipulis iohannis cum iudeis

de purificatione. et uenerunt ad io
hannem et dixerunt ei. Rabbi qui
erat tecum transiorda uen
tui testimonium perhibuisti ecce
hic baptizat et omnes ueniunt ad
eum. Respondit iohannes et dixit
Non potest homo a se facere quid
quam nisi fuerit ei datum de celo
Ipsi uos michi testimonium perhibetis
quod dixerim. Ego sum non christus
Sed quia missus sum ante illum. Qui
habet sponsam sponsus est. amicus
autem sponsi qui stat et audit eum gau
dio gaudet propter uocem sponsi
Hoc ergo gaudium meum impletum
est. Illum autem oportet crescere me
autem minui. Qui desursum uenit
super omnes est. Qui de terra est de
terra ~~loquitur~~ est. et de terra loquitur. Qui
de celo uenit super omnes est. et quod
uidit et audiuit hoc testatur. et testi
monium eius nemo accipit. Qui autem
acceperit eius testimonium signauit
quia deus uerax est. Quem enim misit
deus uerba dei loquitur. Non enim
ad mensuram dat deus spiritum.
Pater diligit filium. et omnia dedit
in manu eius. Qui credit in filium
habet uitam eternam. Qui autem incre
dulus est filio non uidebit uitam eter
nam sed ira dei manet super eum.

Ut ergo IIII
cognouit ihesus quod audi
erant pharisei. quia ihesus
plures discipulos facit et baptizat
quam iohannes. quamquam ihesus non
baptizaret. sed discipuli eius reli
quid iudeam et iterum uit in galy